sunt adversariis etiam levissimæ ansæ vos committendi et
evertendi, et veritas semel prædicata in tecto, non re-
cludenda sub modium. Ringetur, frendebit, furet Anti-
christus cum suis, fortè ante portas jam excubat. Nihil
est novi, experti estis manum Domini, quæ nondum
est abbreviata. Turbabit eos spiritus furoris à Domino,
dummodò vos quod oportet, spiritu pacis et verita-
tis conveniatis et consentiatis. Hæc mi frater,
strictim te volui scire meo et collegarum meorum
nomine, quibus est una sententia. Officiosè rogo,
ut dominos fratres omnes et singulos, cumprimis
venerandum Patrem Dominum Bezam ex nobis
salutes. Heidelbergæ 13. Febr. 1605.

Illustrissimo Principi
D. Mauritio Landgravio Hassiæ &c. 60.

Gratiam et pacem à Domino.

Jampridem cogitanti mihi, Princeps illustrissime,
quo pacto ego etiam, qui minimus sum servorum
Dei, erga Cels. Tuam observantiam meam testatam
facerem: en Hoseas occurrens: Mitte me, inquit, te-
stem obsidemque animi tui. Si enim me ipsum con-
templabitur, Dei propheta sum, quem piâ gratiâ pie
Princeps: quia divinis documentis magis imbuam,
pio zelo pro gratia Dei magis perfundam, quo adver-
sus omnia elilim, selikkuzim, pesilim, mazzeboth (quæ o-
mnia idem sonant) hoc est, mendacia, vanitates, abo-
minationes, sculptilia, statuas deniq; templorum
jam ante succensum est pium pectus: Si vestem
ornatumque novum, quo abs te prodeo, conspicabitur:
erudito gaudebit commentario eruditionis heros:
Si pedissequas intuebitur, orationibus haud inepoli-
tis oblectabitur Princeps dicendi peritissimus.

Sacræ Chronologiæ synopsin complectetur studii Chronologici amantissimas: quas anteambulones conspexerit, argumentum de Scriptura S. authoritate, unde sit apud homines fere gravissimum haud pari adhuc diligentia videbitur discussum, et sophisticis excussum, comprobationem juris et fa-ctis sui in Ecclesiæ repurgatione, quæ divino afflatu jam corripatur, tam solida brevitate explicatam, [illegible] leget, gravamque habebit fortissimas His-trias. Talia ad me Hoseas. Mitto igitur divinum Prophetam veste ornatum nova, ut ut eum an-teambulonibus atque pedissequis. Venientem, Prin-ceps Clementissime, tu quæso suscipe, loquentem audi, tacentem lege. Sicque afferre videbitur Χρη-στμα καὶ ὀνήσιμα, parem clementia ea, qua soles Celsitudinis atque Dignitatis Tuæ studiosissimos, complectere et vale. Deum patrem misericor-diarum toto pectore invoco, ut Celsitudinem Tuam Reipublicæ et Ecclesiæ diu tueatur incolumem atque florentem. Heidelbergæ 5. Idusim Septembr. Anno 1605.

61) D. Isaaco Genio

Salutem a Domino Jesu!

Cum sententiam suam περὶ δικαιώματος N. mordicus tueatur, scis quanto scandalo turbaverit fratres ~~[illegible]~~ Gallos. Atqui salva conscientia invere id poterat, nonnisi de nimis urgendo exclusivam sici-um circa justitiæ nostræ meritum in sola Chri-sti morte, cum Scriptura eam nec urgeat, nec habeat. Ego ut a partitione imputationis nimis